

---

**Q. Horati Flacci Opera, Recens. O. Keller Et A. Holder**

**Flaccus Quintus Horatius**


---

**Title: Q. Horati Flacci Opera, Recens. O. Keller Et A. Holder**

**Author: Flaccus Quintus Horatius**

**This is an exact replica of a book. The book reprint was manually improved by a team of professionals, as opposed to automatic/OCR processes used by some companies. However, the book may still have imperfections such as missing pages, poor pictures, errant marks, etc. that were a part of the original text. We appreciate your understanding of the imperfections which can not be improved, and hope you will enjoy reading this book.**





Q. HORATI FLACCI  
OPERA

RECENSERVNT

O. KELLER ET A. HOLDER

VOL. I

CARMINVM LIBRI IIII EPODON LIBER CARMEN SAECVLARE




LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXIV

297. e. 57.




# FRIDERICO RITSCHelio

PER QVINQVE LVSTRA


BONNAE ARTEM GRAMMATICAM EXIMIE PROFESSO

S.



## PRAEFATIO





---

**PRAEFATIO**



**Q**uandoquidem uix ullus erit, quem fugiat, ab eis Horati editoribus, quicumque adhuc criticum apparatus exhibere contenderunt, meliorum codicum uarias lectiones haud ita esse descriptas, ut inde colligi possit, quae lectiones propter auctorum fidem aut recipiendae esse uideantur aut reiciendae: ea de causa ego cum Holdero amico, a FRIDERICO RITSCHelio potissimum, praeceptore optimo, incitati, nouam Horati editionem curare eique criticum apparatus eis, qui adhuc in lucem prodierunt, perfectiorem adicere nobis proposuimus. Ad hunc igitur finem et manuscriptos aliquot libros Horatianos, qui hodie in Francogalorum et Heluotorum bibliothecis quibusdam adseruantur, ipsi contulimus et ab aliis, qui suas nobis collationes humanissime commiserunt, magnopere adiuti sumus et, ut ueterum quoque Flacci interpretum lectiones satis sciremus, praestantissimos eorum codices quam maxima potuimus diligentia descripsimus, denique, ubicumque apud alios scriptores Horatianum aliquid deprendimus, ea congesimus et, quicquid testimonii uice fungi posse arbitrabamur, ad modum Vergilii Ribbeckiani typis mandauimus.

Iam uero quos et quales codices Horatianos in huius uoluminis usum adhibuerim, paucis hic exponam: uberius de hoc capite Holderus meus disputabit.

*A* est codex Parisinus 7000<sup>a</sup> saeculi VIII (secundum Ottonem Iahnium, Hauthalium, alios) — X olim Puteaneus, hic illic rescriptus; deficit inde ab epod. 16, 26 usque ad epod. 17. 81; contuli ipse. Correcturae ab eo, qui codicem scripsit profectae et altera manus posterior facillime distinguntur,